



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XVIII. De diebus iuridicis & matrimonialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

XVII.

Quaque etiam die Veneris ieiunandum est, nisi festum sit.

XVIII.

Ordalii præterea & iurisiurandi administratio, nec non & matrimonii celebratio, in festis solennibus & ieiuniis quatuor temporum semper prohibentur: & ab aduentu Domini ad octauas vsque epiphaniæ, & a septuagesima ad quintamdecimam noctem ultra pascha, sit interuallum illud tempus sanctum: ita scilicet vt pax & concordia, vti decet, inter Christianos habeantur, & omnis dissensio componatur. Et si quis alteri ex fideiussione quid debuerit, aut rei alicuius mundanæ satisfactionem, studiose iam persoluat, aut mox postea.

XIX.

Viduae ad minus bis senos menses sub præsidio Dei atque regis pura se contineant viduitate, deinceps virum eligant vt voluerint.

XX.

Vnusquisque Christianus (prout fidei suæ in primis necessarium est) Christianitatem suam curet diligentius, & frequenter adeat confessionem, & pudore posito sua confiteatur peccata, & quam ei imposuerit sacerdos emendationem sedulus exequatur. Reuerenter etiam præparatus quisque adeat sacram eucharistiam, quando ad arbitrium ei videbitur maxime necessarium, saltem ter quotannis.

Eucharistia
ter in anno
adeunda.

XXI.

Verba & opera (vt amicos decet) recte quisque disponat, & iusiurandum pactamque fidem caute

Fides pacta
tenenda.